M. Rouy est libre d'accorder sa confiance exclusivement à l'échantillon unique (*Saxifraga fastigiata* Luiz.!), attribué à Pourret dans l'herbier Lapeyrouse, ou de ne regarder, comme vrai *S. pubescens* Pourr., que les échantillons distribués par Costa, en Espagne, plutôt que les échantillons de l'herbier Pourret. M. Rouy est également libre de n'admettre aucune distinction valable, au point de vue des diagnoses, entre les mots « foliis palmatis laciniis linearibus » relatifs au *S. pubescens* Pourr., les mots « foliis cuneatis integris bi-trifidisve » relatifs au faux *S. pubescens* Pourr. de l'herbier Lapeyrouse (=*S. moschata* Wulf. β. *pubescens* Pourr. (Lap.!) =*S. fastigiata* Luiz.!), et les mots « foliis palmato-trifidis » relatifs au *S. exarata* Vill. (*Prosp. hist. Dauph.*, 1779, p. 47!). Ces appréciations n'engagent que sa responsabilité d'auteur, je n'ai pas à m'en préoccuper.

Tous les membres de la Société botanique de France ont en mains mes articles sur les *Dactyloides*; ils savent que j'ai appuyé mes conclusions de preuves de toutes sortes : textes, figures, dessins, échantillons et préparations. Je ne puis pas faire plus. Ceux qui possèdent le volume VII de la *Flore de France* de M. Rouy, qui contient le chapitre des Saxifrages, rédigé par l'auteur, peuvent consulter également cet ouvrage. Je m'en remets á leur jugement. Aucun d'eux ne me blâmera de suivre désormais, pour mon compte personnel, le sage conseil de Palémon.

Manipulus plantarum novarum præcipue Americæ australioris;

(Suite)[1];

PAR M. MICHEL GANDOGER

Cyathocline birmanica Gdgr. Glabrescens subsimplex, caulis striatus, folia remote pinnatisecta lobato-incisa, dentibus acutis mucronatis, auriculæ angustatæ sinuatæ, flores corymbosi, pedicelli hispido-villosi, cymæ confertæ, phylla involucri subacuta.

HAB. : Birmania, Minbu ad Polse (*Mokim*, n. 1140 *sec.* Hort. Calcutta).

Affinis *C. lyratæ* Cass., sed folia non lyrata, glabriora, parcius pinnatisecta.

1. Voir Bulletin, LIX, p. 704.

Culcitium dasyphyllum Gdgr. A. *C. magellanico* H. Jacq. apprime differt foliis brevioribus sed duplo (8-9 mm.) latioribus, paulo nervosis, undique dense tomentosis, indumento lutescente, caule ad apicem cum involucro effuse lanato, phyllis involucri brevioribus superne atropurpureis, flosculis etiam minoribus.

HAB. : Patagonia, ad Lago S. Martin (*Skottsberg*, n. 795).

Helichrysum Alleizettei Gdgr. Fruticulosum vel induratum, canotomentosum, pluricaule, rami virgati laxe ac remote foliosi, folia linearia plana, acuta, basi sessilia, subsagittata, patula ac sæpe retrorsum subincurva, mucronata, corymbi densi, cymis trifurcatis pedunculatis lanuginosis, capitula globosa lanata, eorum squamis rotundatis superioribus autem mucronatis sub lana occultatis, radii fulvescentes, subrotundati obtusi, patentes cucullati.

HAB. : Madagascar, prope Manisana in aridis (*D'Alleizette*, n. 202).

Facies *H. fulvescentis* DC. a quo recedit foliis paucioribus, ad ramos vetustos non confertis, acutis longiusque mucronatis, inflorescentia altera. *H. madagascariense* DC. ab eo differt caule folioso, foliis revolutis sagittatis. *H. ericifolium* Less. capitulis subsolitariis longius distat.

Inula Bourgæana Gdgr. Humilis caulescens, caule simplici 2-3-folioso patenter piloso, folia integra oblongo-spathulata, petiolata, subobtusa, ad margines aspero-ciliata cæterum glabra, capitula solitaria pedunculata, phylla involucri exteriora oblonga patentia, pectinato-ciliata, subacuta, interiora vero rubra acuminata, ligulæ involucro saltem duplo longiores, pappus albidus multisetus, achænia hirsuta.

HAB. : Armenia, in pascuis ad Berdak prope Baibout (*E. Bourgeau*, Pl. Armen., 1862, sub nom. *I. acaulis*).

Facies *Asteris alpini* L. Ab *I. acauli* differt caule non nullo, sed 4-6 cm. longo, phyllis magis ciliatis, pappo albido, etc.

Hysterionica setuligera Gdgr. Suffrutex humilis ramossissimus, ab *H. pinifolia* Bak. cui affinis est recedens foliis confertis fere imbricatis, brevioribus, mucronatis, marginibus setuligeris, involucro magis piloso.

HAB. : Brasilia (*Sello*, n. 1964).

Specimina brasiliensia (Sello ,n. 405) et argentinensia (Lorentz, n. 1186) glaberrima sunt foliisque longis remotis prædita.

Anvillea Faurei Gdgr. Viridis, subglabra, rami divaricati asperopubescentes, folia viridia glabrata vel papillis sparse obsita, linearia, apice haud vix clavata, 3-5-dentata, calathii parvi asperulosi phylla superiora integra, radiis semper longiora, ligulæ intense aurantiacæ.

HAB. : Algeria merid., Ain-Sefra in saxosis deserti (*A. Faure*).

Ab *A. radiata* Coss. Dur. distincta pube fere nulla papilloso-aspera nec cinereo-tomentella, foliorum forma, calathiis duplo minoribus, ligulis intensius coloratis. Ab *A. australi* Chevallier Pl. Sahara alger., n. 434, magis *A. Garcini* DC. proxima, statim secernitur foliis alteris et capitulis ligulatis. — Pulchram hanc speciem dicavi in honorem cl. A. Faure de Botanica præcipue algeriensi meritissimi.

· **Cladanthus maroccanus** Gdgr. Diffusus, glabrescens, ramosissimus, ramis proliferis divaricatis, folia anguste pinnato-trifida, fidis linearibus obtusis, capitula globoso-conica, sessilia, extus glabra, squamæ ovatæ

scariosæ, fimbriatæ, glabræ, radii parvi angusti ad apicem breviter dentati, styli inclusi breves.

HAB. : Maroc, in sylvis Arganiæ ad orientem Mogador (*Balansa*, 1867).

A *Cladantho prolifero* DC. differt glabritie, calathiis duplo minoribus, ligulis parvis flosculorum segmentis longioribus.

Pulicaria Balansæ Gdgr. Annua, incano-lanata, a basi ramoso-paniculata, folia oblonga acuta, basi fere amplexicaulia, plana, dentata, capitula terminalia lanata subsessilia, involucri phylla lineari-lanceolata flosculis breviora, ligulæ nullæ, coronula pappi laciniata.

HAB. : Phrygia, Ouchak (*Balansa*, n. 1271).

A Boissier in *Flora Or.*, III, p. 204, immerito cum *P. vulgari* juncta ab ea statim distinguitur indumento lanuginoso et phyllis invol. brevioribus.

Mutisia heterochroa Gdgr. Scandens ecirrosa simplicifolia, caules floccosi subteretes, folia ovata obtusa, basi vix auriculato-amplexicaulia, interdum integra, superne glabra lucida, subtus autem dense tomentosa, phylla inferiora calathii oblongo-lanceolata, superne vero triangularia acuta, radii lanceolati acuti, antheræ 10 mm. longæ.

HAB. : Patagonia, ad Lago San Martin (*Skottsberg*, n. 716).

Notis indicatis præcipue foliorum et calathii forma a *M. retusa* Cav. optime secernenda.

Mæsa philippinensis Gdgr. Rami graciles, flexuosi, folia oblonga, acuminata, basi attenuata, nervis adscendentibus, cymæ florales foliis multo breviores, pedicelli 1 mm. longi apice ebracteati.

HAB. : Oceania, insulæ Philippinæ (*Cuming*, n. 2286).

Prope *M. ramentaceam* DC. collocanda a qua e copia speciminum indicorum herbarii mei (Hooker! Anderson! Ridley! Curtis! etc) bene differt foliis basi contractis fere duplo angustioribus (3 cm. latis), floribus multo minoribus, pedicellis etiam brevioribus, apice non bracteolatis.

Pernettya trinervia Gdgr. Glabra humifusa, folia coriacea oblongo-acuta, mucronulata, basi attenuata, sessilia subtus obscure trinervia integerrima, imbricata, recta, pedunculi breves crassi, sæpe usque ad medium bracteati, flores cernui majusculi folia duplo excedentes, calyx atropurpureus.

HAB. : Ins. Falkland ad Stanley Harbour (*Skottsberg*, n. 17).

Specimina magellanica et patagonica possideo quæ cum *P. trinervia* non concordant, ut credit cl. collector, quia foliis ovatis, utrinque subrotundatis uninerviis, pedunculisque duplo (10-12 mm.) longioribus gaudent; quapropter plantam ex insulis Maclovianis novam autumo atque prope *P. pumilam* Hook. collocandam esse.

Pernettya Philippi Gdgr. Sub nomine *P. mucronatæ* Gaudich. Philippi mihi olim misit specimen in *Chili australi* lectum cum planta Gaudichaudii non identicum. Enimvero ab illa differt foliis viridibus supra lucidis, ad apicem longe et acute spinulosis, tenuiter denticulato-acutiusculis, calyce minore, pedunculis erectis nec patentibus. Dum planta a cl. *Skottsberg* (n. 166) in Patagonia occid. ins. Wellington ad Heinrichsfjord lecta foliis gaudet majoribus glaucescentibus, breviter mucronatis, bacca submajore.

Desfontainia novemdentata Gdgr. Folia ample suboblonga acuta, petiolata, glabra, lucida, marginibus plerumque 8-spinosa cum impari, pedunculi patuli, sepala 1 cm. lata ad margines dense ciliata.
HAB. : Chili merid. (*Philippi* sub nom. *D. Hookeri* Don cui accedit).

Raphithamnus macracanthus Gdgr. Rami hirsuti, folia glabra, ovato-cordata deltoidea, mucronata, aculei stipulares validi, pubescentes, 1, 5 cm. longi.
HAB. : Chili, ad San Juan (*Philippi*).
Affinis *R. cyanocarpi* Miers sed rami valde spinosi, folia glabra, acutiora. Specimina a cl. Skottsberg (n. 315) in Patagonia occid. ad Puerto Francès lecta habent folia subtus hirsuta, basi latius dilatata ramique inermes.

Phacelia trifoliata Gdgr. Perennis, hirsuta, folia omnia trifoliata, radicalia vero longe petiolata, foliolis vel lobis oblongis, medio majore, acuminatis, caules simplices longe pilosi, apice foliis tomentello-incanis præditi, flores dense capitato-subspicati, sepala oblonga, acuta, ciliata, petalis albis duplo breviora, antheræ minutæ corollam æquantes.
HAB. : *Patagonia austr.*, ad Ottway Rio Grande (*Skottsberg*, n. 224, sub *Ph. circinata*).
Prope *Ph. brachyantham* Benth. collocanda (e sectione *Ph. divaricatæ* Gray, *nemoralis* Greene, etc.), a qua differt foliorum lobo medio sessili lanceolato, lateralibus autem acutis, superioribus tomentello incanis, sepalis acutis, inflorescentia, ut videtur, subcapitata, corolla alba magis aperta nec tubuloso-campanulata cum staminibus multo longioribus.

Myosotis Pentheri Gdgr. Perennis, hirta, multicaulis, ramis virgatis rigidioribus, folia oblongo-acuta basi cordata dilatata fere amplexicaulia, calycis fructiferi segmenta lanceolata, marginibus copiose argenteo-villosa, petalis duplo breviora, ejus pubes pilis subpatulis uncinatis, pedicelli demum stricti adscendentes, corolla alba parva, semina lucide intenseque nigra, 2 1/3 mm. longa, latius angulosa.
HAB. : Africa austr., ad Nalogha (*Penther*, n. 1829).
Specimina austro-africana sub nomine *M. sylvaticæ* a Penther et Krook distributa ab aliis ejusdem speciei tam europæis quam asiaticis aut americanis certe recedunt foliorum forma, ramis rigidis, calyce fructifero majore 5,5 mm. longo, floribus albis (e sicco), duplo minoribus seminibusque diversis.

Stilbe Zeyheri Gdgr. Rami virgati, folia dense imbricata, lineari-oblonga lanceolata, revoluta, uninervia, superiora vero villosa recta, flores capitato-globosi albi, calyx albo-ciliatus, petala 5 mm. longa.
HAB. : Cap, ad Andr. Burgosrivier et Zarintzrivier (*Zeyher*, n. 1389).
A S. *albiflora* E. Meyer differt foliis confertis, rectis revolutis, superioribus villosis, capitulis non ovatis.

Myoporum eriostomum Gdgr. Rami rigiduli, folia viscosa, apice denticulata, lineari-oblonga, lanceolata, mucronata, elevatim trinervia, patula, flores fasciculati, corolla intus dense barbata, stylus staminibus longior.
HAB. : Australia, in provincia Victoria (*C. Walter*).
Affinis *M. platycarpi* a quo foliis corollaque statim distinguitur.

Beringeria maroccana Gdgr. Mixta inter *M. hirsutam* Don et *M. Larendanam* (Boiss.); a prima recedit calycis minus vestiti dentibus spi-

nulosis elongatis (1, 5 mm.), labii inferioris segmentis sanguineis unicoloribus contiguis, caulibus densius villosis; a secunda cui facie et dentibus accedit primo oculo distinguitur calyce duplo majore sub 16-dentato galeaque birsutissima.

HAB. : Maroc, in saxosis circa Melilla (*Gandoger*).

Lamium rhodium Gdgr. Annuum, glabrum, pallide virens, folia ovata, acuta, basi attenuato-cuneata, late petiolata, profunde dentata, calycis glabri dentes læves, corollam albam fere æquantes, aspero-ciliatæ subulatæ, tubus corollæ annulato-pilosus, galea parce villosa incurva.

HAB. : Rhodus, in collibus petrosis ad Filierino (*Bourgeau*).

Prope *L. moschatum* Mill. collocandum a quo foliorum indole, dentibus calycinis tenuioribus mox secernitur.

Nepeta turkestanica Gdgr. A *N. nuda* ejusque formis recedit caule graciliore profunde sulcato, foliis etiam inferioribus sessilibus, panicula depauperata, laxi-et pauciflora, verticillastris remotis, floribus geminatis nec glomeratis, corollæ albidæ tubo sat exserto, floribus duplo majoribus extus puberulis. Herba virens glabra, bracteæ lineares, calycis ovati faux glabra, ejus os rectum dentesque lanceolato-lineares.

HAB. : Turkestania, Talki (*Regel* 1877).

Salvia pamirica Gdgr. Facies *S. Sclareæ* L. a qua differt caulibus ramisque non pilosis sed aspero-tuberculatis, foliis oblongis viridibus, glabratis, non bullatis nec inferne cordatis sed attenuatis simpliciter crenatis, verticillastris remotis, eorum bracteis non coloratis, corolla extus plerumque glabra.

HAB. : Asia centr., Pamir (*Kuschakewicz*, 1878).

Calceolaria Skottsbergii Gdgr. Repens, ramosa, multicaulis, caules glabrescentes dichotomo-floriferi, folia parva ovata utrinque sensim attenuata, petiolata, glabra inæque serrulata, flores 2-3, pedunculi parce villosi, sepala ovata subobtusa, corolla pallide lutea unicolor.

HAB. : Patagonia, ad Rio Aysen (*Skottsberg*, n. 284).

Characteribns indicatis a *C. tenella* Poepp. Endl. differt. — Folia 3-4 mm. lata, sterilia sæpe integra.

Penæa Bolusii Gdgr. Ramosissima, rami laxe, foliosi, tenuiter velutini, folia glauca ovato-cordata, sessilia, acuta, mucronata, exacte patula, flores dense capitati 5-6 mm. longi.

HAB. : Cap, in Shaw's Mt prope Caledon (*H. Bolus*).

Frutex elegans, inferne 2-3-chotomus, a *P. mucronata* Lam. recedens foliis minoribus patulis, ramis velutinis floribusque multo brevioribus (sec. specim. Zeyher n. 3726, 3727, Drège, Bonomi, etc.).

Empetrum maclovianum Gdgr. Ramosissimum prostratum, rami etiam juniores cum foliis floccoso-tomentosi, folia opaca, obtusa, patula, imbricata.

HAB. : *Ins. Falkland* ad Sapper Hill prope Port Stanley (*Skottsberg*, n. 5).

Specimina magellanica *E. rubri* Vahl cui affinis est species mea habent folia angustiora, longiora, lucida, glabra, utrinque sensim rotundata.

1 { Glabra aut caule tantum sparse piloso........................ 3
  { Plus minus hirta.. 2

Pedunculi ♂ folia circiter triplo excedentes; spica ♂ glabrata, ♀ longe setosa, folia oblongo-acuta, basi attenuata, petiolata, vix sparse hirtella, dentato-mucronata. — Cap, Howisonspoort (*Zeyher*, n. 3838).
2 ACALYPHA MENTIENS Gdgr.
Pedunculi ♂ folia duplo superantes, spica ♂ hirta, ♀ valde setosa, folia ovato-subacuta, inferioribus obtusis, basi cordata petiolata undique longe hirsuta dentibus acutis. — Transvaal, Krantzkloof (*Schlechter*, n. 3188)............. ACALYPHA SCHLECHTERI Gdgr.

Folia oblongo-sublanceolata, basi attenuata, petiolata, profundius dentata, dentibus apice mucronato-pilosis, spica glabra bracteis subciliatis dentatis. — Transvaal, ad Magalisberg (*Zeyher*, n. 1521). ACALYPHA TRANSVAALIENSIS Gdgr.
Folia obovato-oblonga, basi subrotundata, sessilia, breviter dentata,
3 non mucronata, spica hirta, bracteis ciliato-asperis subintegris. — Africa austr. (*Drège*).................. ACALYPHA DREGEI Gdgr.
Folia ovato-acuta glaucescentia basi cordata subsessilia obtuse crenata, spica glabra, bracteis glabris, pedunculi folia fere triplo superantes. — Cap, Van Stadesberg (*A. peduncularis* f. *glabrata* Sonder *in* herb.! *Zeyher*, n. 3839, nunc meo). ACALYPHA SONDERI Gdgr.

Species 5 præcedentes affines sunt *A. peduncularis* Meisn.

Aleurites javanica Gdgr. Folia ample oblongo-lanceolata, acuminata, basi truncata, undique pulverulenta, perigonium 8 mm. longum, cymæ laxifloræ.

HAB. : *Java*, ad Bogor (Treub).

A planta Blumei *M. moluccana* W. differt foliis inferne non obscure lobatis integerrimis, angustioribus minusque acutis, perigonio majore.

Nothofagus patagonica Gdgr. A *N. betuloide* Blume differt ramis magis divaricatis, foliis majusculis, superne sæpius eglandulosis vel non punctatis, crebrius serratis, basi minus cuneatis. Pedicelli nutantes, cupula florifera purpurea, antheræ 3 mm. longæ.

HAB. : Patagonia, ad Lago San Martin (*Skottsberg*, n. 864).

Carex Skottsbergii Gdgr. Heterostachya, distigmatica, radix fibrosa non stolonifera, caulis 8-15 cm. altus, triangularis, apice ad angulos scaber, folia linearia, marginibus scabridis, spicas longe superantia, canaliculata, spiculæ 5-6 oblongæ, basi attenuatæ alternæ sessiles, rectæ, spicam oblongam efformantes, squamæ marginibus pallide aureæ ad medium albescentes, uninerviæ, ovato-mucronatæ, capsulam albidam erectam obovato-acutam tenuiterque rostratam fere æquantes, rostrum bifidum integrum.

HAB. : Chili (*Philippi*); ins. Falkland ad Port Stanley (*Skottsberg*, n. 97).

Ad gregem polymorphum *C. canescentis* L. pertinet; sed e copia numerosissima speciminum tam europæorum quam americanornm planta chilensis et macloviana recedit caule apice magis scabro, squamis pallide aureis, rostro et capsula brevioribus. — Cæterum *Carex canescens* in America boreali sub multis formis ludit : *polystachya*, *vitilis*, etc.. quæ verosimiliter species propriæ sunt.

Carex Thomsonii Gdgr. Heterostachya, tristigmatica, radix crasse fibrosa haud aut vix stolonifera, caulis 1-2-pedalis sulcatus, trigonus,

lævis, folia late linearia, ad apicem longe filiformia, subtus glauca, marginibus scabro-subserrulata, spicam valde superantia, spiculæ ample oblongæ, rectæ, pedunculatæ, squamæ ferrugineæ, oblongæ, bifidæ emarginatæ, dorso albo-lineatæ, in setam albam longissime productæ, capsula obovata, basi attenuata ad apicem dilatata, striata, rostrum 1 mm. longum, emarginatum, spiculæ masculæ terminales 2-3, angustius oblongæ.

HAB. : Nova Zelandia, prope Dunedin (*G. M. Thomson*).

Prope *Caricem trifidam* Cav. collocanda a qua foliis glaucis magis serrulatis, squamis ferrugineis longius aristatis statim distinguitur.

Trisetum fuegianum Gdgr. A *T. phleoide* Kunth differt culmis elongatis flexuosis, foliis elongatis latioribus, rachi patenter pilosa, spica laxa interrupta albida, glumis apertis tenuiter carinatis, aristis longioribus (4 mm.)

HAB. : Fuegia (*Philippi*).

Planta magellanica (*Philippi*) et macloviana (*Skottsberg* n. 69) minor est et densiflora, foliis rigidioribus.

Deschampsia macloviana Gdgr. Humilis, culmi rigidi 10-12 cm. longi, solitarii, folia 2-4 cm. longa, falcata, convoluta subcapillaria, vaginæ læves rubentes, earum auriculis ovato-truncatis emarginatis, arista glumis brevior 2, 5 mm. longa, panicula ovata densiuscula, ramis rectis rigidis brevibus, spiculæ rubentes.

HAB. : ins. Falkland, ad East F. Port Harriet (*Skottsberg*, n. 124).

Prope *D. flexuosam* (L.) ponenda.

Davallia Bornmülleri Gdgr. Recedit a *D. canariensi* Sm. pinnis magis patulis, pinnulis confertis contiguis, angustioribus, obtusis non mucronatis, fructificationibus majoribus.

HAB. : Madera, prope Funchal (*Bornmüller!* n. 1413, *Mandon! Ménèzes! Winkler!*).

Cystopteris apiiformis Gdgr. Ab omnibus formis *C. fragilis* Bernh. certe differt pinnulis præsertim inferioribus late (7-10 mm.) ovatis, parum et breviter lobatis, obtusiusculis rectis integris. Frons mediocris, oblonga interrupta depauperata.

HAB. : ins. Falkland, prope West F. Roy Cove (*Skottsberg*, n. 61).

Gleichenia macloviana Gdgr. Humilis, frons parva erecta pinnis, non flabellatis, pinnulæ lineari-oblongæ, revolutæ, coriaceæ, nitidæ, haud aut vix mucronatæ, subtus ad nervum glabræ supra lineato-reticulatæ.

HAB. : ins. Falkland ad West F. Harbour (*Skottsberg*, n. 74).

Affinis *G. cryptocarpæ* Hook. sed minor rigidior et pinnulæ supra reticulatæ.

Asplenium Philippi Gdgr. Frons laxa, interrupta, pinnæ semipatulæ, pinnulæ ambitu obovatæ, earum lobi ovati, integri, parvi, ad apicem rotundati nec obtusi, quibus notis ab *A. magellanico* Kaulf. recedere videtur.

HAB. : Fretum Magellanicum (*Philippi*).

Hymenophyllum patagonicum Gdgr. Prope *H. caudiculatum* Mart. collocari debet: ab eo recedit fronde atrovirente, pinnis patulis latius decurrentibus, pinnulis obovato-oblongis, retusis, ad margines undulatis.

HAB. : Patagonia occid., ad Puerto Chacabuco (*Skottsberg*, n. 376).

1 Pinnæ pinnulæque prorsus planæ.......................... 2
Pinnæ pinnulæque valde crispo-undulatæ, patulæ, confertæ, frons densa, erecta, late alata. — Nova Zelandia (*B. C. Astor*).
HYMENOPHYLLUM NEO-ZELANDICUM Gdgr.

2 Rachis alata.. 3
Rachis non alata, pinnæ haud aut vix decurrentes, pinnulæ bilobulatæ. — Asia merid., ad Malacca (*Ridley*, *Curtis*).
HYMENOPHYLLUM MALACCENSE Gdgr.

3 Frons elongata, flexuosa, pinnæ remotæ, oblongæ, ad rachim decurrenti-undulatæ vel crispæ, pinnulæ ambitu anguste ovatæ, mucronulatæ. — India or., Assam (*Watt*, n. 11458).
HYMENOPHYLLUM ASSAMENSE Gdgr.
Frons abbreviata rigescens, pinnæ subcontiguæ, ovatæ, ad petiolum decurrentes, planæ, pinnulæ ambitu obovatæ, obtusæ. — Australia, Victoria ad Blue Mountains (*Maiden*).
HYMENOPHYLLUM MENTITUM Gdgr.

Species 4 præcedentes ad gregem *H. javanici* Spr. pertinent.

Hymenophyllum Skottsbergii Gdgr. Rachis pilosa, frons brevis, pinnæ adscendentes, pinnulæ crispo-undulatæ, ciliatæ, tenuiter denticulatæ, ambitu ovato- obtusæ, 2-3-furcatæ.

HAB. : ins. Falkland, ad West F. Hornby Moutains (*Sckottsberg*, n. 861).

Plantula egregia ob pinnulas rachimque pilosas. Affinis est *H. tortuosi* Hook et Grev.

Hymenophyllum Raapii Gdgr. Ab *H. Junghunii* Bosch differe videtur statura duplo majore rigidiore, pinnis remotis, ambitu oblongo- lanceolatis, pinnulis latioribus, apice semper bifidis, etc.

HAB. : Java, ad Tjibodas (*Raap*).

(*A suivre*).

M. Dumée prend la parole pour la communication ci-après :

A propos de l'*Eranthis hiemalis*;

PAR M. P. DUMÉE.

Le chanoine Benoist, qui herborise avec fruit aux environs de Pithiviers (il a publié en 1910 un *Essai de Florule de Pithiviers et des environs*), m'a envoyé sur ma demande quelques touffes d'*Eranthis hiemalis*. Je comptais les recevoir fin janvier; mais, en raison de l'hiver exceptionnellement doux, cette plante était en pleine fleur au 1er janvier 1913. C'était, dit M. Benoist, un tapis de fleurs dans le parc de Joinville, à un kilomètre de Pithiviers, et dans le parc de Denainvilliers, à trois kilomètres. Il ajoutait. « Je crois qu'elle se reproduit par